

9a
e
ASSERTIONES
CANONICO-CIVILES

DE

OFFICIO JUDICIS

Ad Tit. I. Lib. Pandect. 5. & Tit. XXXII.
Lib. I. Decret.

QUAS

DIVÆ VIRGINI
SINE LABE CONCEPTÆ
AC DEI-HOMINIS GENETRICI

SACRAS

PRÆSIDE

Prænobili, Clarissimo, & Consultissimo Domino
D. JOANNE JACOBO KÆRTEN,
Artium & Jurium Doctore, Eminentissimi & Celsissimi Principis
Electoris Trevirensis Consiliario Aulico, Pandectarum & Codicis
Professore publico & ordinario

Disputationi publicæ exposuit

D. JOANNES ARNOLDUS HANSEL,

Monasterii Meyfeldensis, Jurium Candidatus
in publico, ac florentissimo Almæ, & Antiquissimæ Universitatis
Trevirensis Auditorio Juridico

ANNO MDCCXLII. die 5. Septembris
manè horis Academicarum Dissertationum consuetis.

Augustæ Trevirorum, Typis JACOBI REVLANDT, Aul. & Univ. Typog.

JUDEX quasi jus dicens populo, ac jure disceptans, juxta notamen *Can. iustum* 23. q. 2. & c. *forus. de verb. sign.* descriptione foro etiã hodierno accommodatã rectè dicitur, personã legitima, & Vir bonus, juris & æqui peritus per se vel Assessores suos, autoritate publicã constitutus, cum facultate de causis litigantium controversis cognoscendi ac pronuntiandi, hujus descriptionis energiam dabunt veritates sequentium: interim persona similis legitima est quiscunque, nec naturã, nec lege, nec consuetudine prohibitus.

I I.


Personã tamen aliã ex legum, morũque autoritate illegitimã Statuta, Decreta ac Decisã non rarò sustinentur arg. *leg. Barbarius Philippus. 3. ff. de offic. Prator.* quando videlicet concurrunt error communis, titulus habilis, & publica utilitas, ac insuper impedimentum fuit per dispensationem tollibile; Divini namque & naturæ juris defectus, cum is ab humanã potestate suppleri nequeat, ratione nullã ad validitatem actũ juvari potest; quamvis alioquin præfatæ legis argumentum Junct. *Can. ad probandum 24. de Sent. & re jud. cap. Apostolica penult. & de Cleric. Excomm. ministr.* in foro pariter Canonico, quin usque ad eò interno seu conscientie admittere non reformidemus.

I I I.

Viri istius boni officium maximã ex parte est sequi, quod eum convenit ex fide *L. 6. §. 1. ff. de offic. Præs. nisi velit ut suspectus recausari. cap. 10. & de foro compet. cap. 5. & de except. quæ tamen recusatio, sicut regulariter antè litem contestatam. L. 16. Cod. de jud. cap. 20. & de Sent. & re jud.* itã etiam iustã ex causã faciendã est; nec sufficere nudam causæ alligationem, sed insuper quoque jure utroque & Canonico, & Romano tam antiquo, quàm novo illius specialem requiri probationem, satis evinci putamus ex *cap. 61. & de appellat. L. 16. & ult. C. de jud. & L. 5. ff. de injur. & vulgatã aliã regulã, qua excipiens quasi actor exceptionem probare debet.*

I V.

Circa causas recusationis sufficientes, ne earum multã deductione laboremus, regulam satis adæquatam ex *L. 9. ff. de liber. caus. cap. 25. & de off. & pos. jud. deleg. L. ult. ff. de testib. L. ult. ff. de Assessor. L. 17. ff. de jud. & aliis hanc deduci, statuique posse credimus: quæcunque causã testem facit suspectum, ut à testimonii ditione repelli valeat, etiam ad Judicis suspecti recusationem sufficit: ast verò cum causæ probatio vel difficultate, vel metu, aliãve ratione non rarò impediatur, plenius hinc providit jus Canonicum Juramento perhorrescentiã negotium committens *cap. 11. de Rescript. in 6. ad eò, ut ne speciali quidem ejus allegatione, minus probatione opus sit.**



(0)



V.

Officium istud in *L. 1. ff. de jurisdic.* merito dicitur esse latissimum; quamvis enim de eo regula ex *L. 4. §. 3. ff. de damn. infect.* sit formata, quod illud non nisi imploratus Judex impertiatur; notum tamen habemus, frequenter eum, nobili præsertim, suâ quasi jurisque autoritate, ac æquitate sic suadente, nullâ petitione præviâ, aut institutâ quidem, sed actione ordinariâ destitutis subvenire variis in casibus *L. 3. §. 4. ff. de suspect. int. L. 13. ff. de off. Præsid. & sparsim aliâs expressis; sed & mercenario, quæ juris sunt, aut in ejus personâ radicata, à partibus prætermittâ supplet. sit. Cod. ut qua def. advocat. part. jud. suppl. v. g. libelli inepti, præscriptionis, divisionis, excussionis, causæve deserat exceptiones &c.*

V I.

Caveat tamen, ne aliter judicet, quàm legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est. *pr. Inst. de off. jud.* proinde ubi varia forsan ac contraria pro Regionum, Civitatûmque diversitate jura occurrunt, quoad ordinem, formamque Judicii leges fori sui, in ipsâ autem litis definitione, quatenus de contractûs, testamenti, alteriûve negotii solennibus agitur, leges loci gesti quoad validè, invalidive declarationem observet *Mynsing. Cent. 4. Obs. 12. & quidem latus tempore negotii celebrati. L. 7. Cod. de legib. L. 23. §. ult. C. mand. L. 17. C. de fid. instrum.* adeò, ut si appellatione interpositâ promulgatam legem novam contigerit, ad præteritos quoque casus porrectam, Judex appellationis secundum veteris, non novi juris præscripta judicare teneatur. *Nov. 115. cap. 1. Zoes. ad dig. sit. de legib. n. 45. in fin.*

V I I.

Tamet si verò, ubi manifesta est legis, etiam duræ, sententia, eam servari conveniat, quoniam lex ita scripta sit *L. 12. §. 1. ff. qui & à quib. munus sit. lib. non firm.* nec Judici severitatis aut clementiæ gloria veniat affectanda. *L. 11. ff. de pen.* adeò, ut ex manifesta legum Sententia, ac identitate rationis in materia quacunq; etiam gravissimâ Parricidii *L. 3. & 4. ff. ad Leg. Pomp. de Parricid.* ad similia procedere teneatur. *L. 12. & 13. ff. de legib. L. 2. §. 18. Cod. de vet. jur. enucl.* si aliâs ratio & justitia legis scriptæ non staret; nihilominus legum scriptarum verbis nonnunquam relictis mentem legislatoris interpretatione conetur assequi, sciâ tque in omnibus præcipuam esse justitiæ æquitatîsq; quàm stricti juris, rationem habendam. *L. 8. Cod. de jud. multa namque suggestit æquitas, etsi jure deficiamus. L. 2. §. 5. in fin. ff. de aq. & aq. plu. arc.*

V I I I.

Verùm enim verò si occurrat pars utrâque contradictionis pari aut ferè pari subnixâ probabilitate, singulis sedulò discussis probabili præferet sibi probabiliorem. *cap. 6. de renunt. Junct. cap. 32. de testib. & L. 3. ff. eod. si autem*

tem

tem in casu rarissimo probationes æquales æqualibus enerventur, ductum sequetur *cap. 3. de probat. & cap. ult. de Sent. & re jud.* ac in dubio aut pro causa favorabili, Matrimonii videlicet, dotis, vel testamenti, aut pro reo judicabit, juxta *reg. 1. i. juris in 6.* ibi: cum sunt partium jura obscura, reo favendum est potius, quàm actori: & *reg. 65. cod.* ibi: in pari causâ potior est conditio possidentis.

I X.

Quod si denique omnimoda utrobique stet paritas & favoris, & probabilitatis, siquidem de possessione contentio sit, pro indiviso & communiter utrique erit adjudicanda, servando formam interditi, *ut possideris, ita possidearis.* Engel *ad Decret. tit. de off. jud. n. 9. circa fin.* aut si verteretur quæstio extra possessionis materiam, pronuatiando, rem aut pretiû inter partes dividendum esse æqualiter, nec sine peccato acceptionis personarum pro amico judicare poterit, eo quòd Judex constituatur velut lex quædam viva & animata, quæ ad utrûmque litigantium æqualiter se habere debet, proinde & Judex in casu omnino pari parem se utrique parti exhibere. *Zoël. tit. de jud. n. 32.*

X.

Quid verò in casu, ubi acta aliquem probant nocentem, conscientia autem certa innocentem, officii Judicarii ratio postulet? in varias abitur Sententias; prima simpliciter allegata sequitur & probata, per *L. 3. ff. de off. Prætor. Can. si Ecclesia. §. fin. caus. 23. quæst. 4.* Junct. *cap. 2. de off. ordin. L. 6. §. 1. ff. de off. Præsid. cap. 4. §. 9. de fid. instrum.* Altera neglectis actis conscientiam, per *text. Rom. 14. Exod. 23. Daniel. 13. L. absentem. ff. de pœn. cap. 1. de sent. & re jud. in 6. cap. 44. de Sent. Excomm.* Tertia istis probabilior in Civilibus primam, in Criminalibus præcipuè gravioribus secundam amplectitur, quatenus suadente boni publici ratione bona quidem insoni, ast neutiquam vita valet adimere. Quarta tandem asserit, in simili conflictu, si frustra omnibus pro insonis liberatione tentatis juxta acta judicandi necessitatem evitare nequeat, nihil superesse aliud, quàm ut deponat Judicis officium, etiam jurato asserens, sibi de causâ non liquere. arg. *L. 36. ff. de re jud.* & hanc judicamus optimam, & tutissimam.

IMPERTINENTIA.

- I. Verior de Jure est Sententia, decimas ordinario saltem jure debitas, & non solutas, haud aliter, ac tributa, sequi possessorem Prædii.
- II. Regulare est, eum, qui ex Privilegio jus decimandi simpliciter concessum habet, non posse exigere novales propriè dictas, etiamsi esset persona Ecclesiastica, saltem singularis.
- III. Præstationibus annuis unâ præscriptione præscribi, in Theoriâ rectè defenditur; non etiam in praxi.

F I N I S.